



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Lazarvs Conf. 23. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

tienti Christo commori , nec nisi sub vesperam redire in vitam visa est. Alias Crucifixo in hærens multa gemitibus rogabat , cùm è cruce Christus .

Quid vis misera? Illa, Nihil aliud præter te Domine. Ignosce MARGARITA, avara nimium es. aut verò dic, poterásne amplius exigere? Ex Ann. Minorum.

Ecce qualiter manumittit, quali præmio honora; suum diabolus servitutem, ut mors simul & finiat vitam & inchoet pœnam? at qui Christo serviunt, illusā morte, cum stipendius sanctitatis perpetuans transferuntur ad vitam. S. Pet. Chrys. serm. 114.

S. LAZARVS CONF. 23. Februarij.

Pictorem pingimus , utinam suis coloribus & tam bonis , quām bonis ille alios Divos depinxit ! LAZARVS est, monachus idem & Apelles, sed sanctior illo altero , ut qui non iam Veneres Cupidineſque (oculorum laqueos (sed VIRGINEM & in VIRGINIS sinn VIRGINEM AMOREM, aliosque cæli indigetes animare penicillo solitus est, eoque studiosius, quod sub eadē tempora Theophilus Imp. sublata è medio omnia Divorum monumenta vellet , omnibusque pœnis in eos færiter , qui non conspuerent hæc pedibusque calcarant. Pugnabat ergo contra barbarum furorem doctâ manu LAZARVS , & penicula reparabat, quidquid ferro ille in templis vel deleverat , vel deformarat. Captus igitur & ultimis tormentis excarnificatus in ipso tamen carcere rot trophya de Theophilo posuit, quot iconas Divorum (plurimæ erant) pinxit. Tunc enim verò excanduit irâ tyrannus, ferroque & ipso candenti patronas Divorum manus eò usque fœdum in modum adussit, dum exanime corpus dolori succumberet. Neque

sic

23. Feb. VITÆ SANCTORVM. 105

sic tamen afflictus manus vietas dedit LAZARVS,
sed precibus Imperatricis vitæ donatus continuo
in fano D. Baptiste ejusdem imaginem exornare
aggressus est. Idem in aliis templis, sublato à vivis
Theophilo, factitavit, felici semper manu, et si non
haberet jam manum. Ex Curopal. & Zona.

Quicumque speciem anima custodire desiderat,
peccatum omne materiamque peccandi summo stu-
dio derelinquat. Quid enim sic fecerat mentem,
Dei deformat imaginem, quemadmodum scelerat
Quot delicta, tot macula gestantur in anima.
S. Laur. Iust. de casto Conn. c. 21.

B. NICOLAVS CONF. 23, Februarij.

Nesciunt, qui aris struunt ornantque, quām
propè absint ab eo, cui struunt, cui ornant.
At scire poterunt, si velint. Audierat jam vocan-
tem DEVVM NICOLAVS, & monachum indutus
aram curabat, cùm Christus talem illi se objecit,
qualis inter Apostolos obambulare terras visus
est, & iteratò ad signa sua illis verbis invitavit:
NICOLAE sequere me. Nimirum erat hoc currenti
stimulos addere, contra quos toties hodie (cùm
DEVS à mundi uberibus avocat) ignavi cunctato-
res calcitramus etiam. Nec adeò multum tempo-
ris abiit, cùm NICOLAO facienti amicus Christus
non jam post cancellos, hoc est panis nubem, sed
qualem Angelorum oculis homines invidemus,
prospicere visus est, ut post tantos Numinis favo-
res minus jam mirer familiarem NICOLAI cum
beatissimis consuetudinem; qui, cùm dæmon
malus Divum per fenestram jam jam in præceps
ageret, auxilio officiosi advolarunt, territumque
in geminos choros divisi animarunt, mox etiam

E 5

oculis